UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Vrbibus, Templis, Bibliothecis, et aliunde

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Lynzii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69234

Visual Library

LYNZII.

IN COEMETERIO EXTRA VRBEM.

Mole ſub hac cæli, ſublatus amore IACOBVS
Conditur, Huberæ lapſa columna Domus.
Bonus hic, Auſtriadum poſtquam ſe dedidit aulæ,
Cæſaribus meruit nomen, opeſq; tribus.
Hinc pietas vitæ feſſumq; labore caducis
Vlterius rebus noluit eſſe ſuper.
Nam merus eſt hæc vita labor, quò tardior exit,
Longior hanc vinctam carcer & vmbra tenet.
Luſtra bis exegit cum ſex, September ademptum
Tertius, è thalamo tranſtulit in tumulum.
Agnus erat vitæ patiens, ac moribus agni:
Nunc igitur Chriſti ſanguine ſaluus ouat.
Hic Brigitta Viro plangit viduata, ſed illic
Notus, & excepit Barbara nupta ſenem.
Tempus erit, cœtum cùm nos tuba coget in vnum,
Et pia mors, vitæ ver melioris aget.

IBIDEM.

Quod Tria ſit Deus, ac vnum, ſit noſcere prima:
Proxima cura tibi ſit, benè poſſe mori.

IBIDEM.

AVMVLNERA ſolo cubat hoc decus ANNA
Et pudor, & pietas præſidiumq; domus. (mariti,
Vixit ter ſeptem STRVZO cum compare meſſes,
Letho poſt partum concidit vndecimum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Natæ tres, totidem perierunt funere nati;
Matri iam ſupera plaudit in arce chorus.
Tres genitrix natas, duo germina morte reliquit
Maſcula, ſpem generis, deliciasq́; patris.
Incolumem ſoboli pia longum Fata reſeruent,
Patris & hic ſerò contegat oſſa locus.
Cæſarei ſecreta fori quod ſcrinia poſcunt,
Quod cor, conſilijs ſuſtinet ille ſuis.
At vos STRVZIADES *ſumme contendite niſu*
Ire pares, geſtis vel ſuperare patrem.
Hoc Genitor gaudet, nam quiq; profundius audim,
Altius eximios quò videt ire ſuos.

VRATISLAVIANA.

ANNAE, ET ANNAE MARIAE FILIABVS DVLCISS.

Vos etiam ignotas mundo, ſed ſanguine mūdas
Chriſti, commendat cura paterna pijs.
Imperio mortis ſuperato, viuite Chriſto,
Et capite æternæ gaudia lætitiæ.
Me quoque, qui ſenio propior properantibus ad vos
Curſibus aduento, ſuauiolo excipite.
Viuemus: ſpes hæc iubet hinc diſcedere lætos,
Non moritur maſſæ portio, Chriſte, tua.

IOHAN. CRATO VRATIS. IMPP. D. FERDINANDI I. & D. MAXIMILIANI II. AVG. CAES. P. F. MEDICVS PHYSIC. D. MOESTISS. P. AN. M. D. LXVII.

IOAN-